furore tuo arguas me: neq; i ira tua corripias me. Et de hoc gladio dic̄ dñs Ezech. xxi. a. Egrediat̃ gladi⁹ de vagina ſua . i. de miſericordia: ad oēm carnē ab auſtro vſq; ad aq̄lonē: vt ſciat omnis caro: quia ego dñs eduxi gladiū meū de vagina ſua irreuocabilē. Et poſtea ſequit̃ paꝝ. i. b. Gladius exacut⁹ eſt ⁊ limat⁹: vt cedat victimas exacut⁹ eſt: vt ſplendeat lima/tus ē. q Et pugnabit cū illo orbis terrarū ꝯtra in/ſenſatos. i. oīs creatura ꝯq̄rit̃ de ipſis qꝛ abuſi ſūt ea. Pi/ſces aque letant̃ comedert̃: ⁊ aues aeris: ⁊ beſtias terre. Si/milit̃ de igne nihil accepert̃: et ideo ignis eos ſuſcipiet: cū di/cetur eis: Ite in ignem eternū: Matth. xxv. d. Terra eni ex/cutiet eos a ſe/ mouēs ſe vndiq;: aqua infra alueum ſuū ſe col/liget/ ita vt nec guttā hr̄e poſſint ad refrigerium ardoris ſui. Sol ⁊ luna ⁊ ſtelle retrahent radios ſuos ne luceant. Aer ful/gura ⁊ grandines ⁊ tonitrua mittet ꝯ eos: Et ſic oīs creatu/ra pugnabit ꝯtra malos. Un̄. i. xvi. d. Creatura tua tibi fac/tori deſeruiēs excandeſcit i tormentū aduerſus iniuſtos. Itē Judicꝭ. v. c. De celo dimicatū eſt ꝯtra eos: ſtelle manētes in ordine et curſu ſuo/ aduerſus ſiſaram pugnauerunt. Qui igi/tur non pugnat ꝯtra malos ꝓ dño/ vel poti⁹ cū dño: non eſt de orbe terrarū. Un̄

a b tos. Ibūt directe ēmiſſio/
c nes fulgurū: et tāꝗ a bene
d e curuato arcu nubiū extermi
f nabunt: et ad certum locum
g h inſiliēt. Et a petroſa ira plē/
i ne mittent grādines: et ca̅n
deſcet in illos aqua maris:
k et flūmina cōcurrēt duriter.
l Contra illos ſtabit ſpiritus
m virtutis: et tāꝗ turbo ven/
n ti diuidet eos: et ad heremū
o p perducet oēm terrā iniqui/
q tas illoꝝ: ⁊ malignitas euer/
tet ſedes potentiū. ¶ Ca. VI.
r s t Melior ē ſapia ꝗ virēs: et vir prudēs ꝗ fortꝭ.

de orbe terrarū. Vñ Luc. xj. c. Qui nō eſt mecū ꝯtra me ē: ⁊ ꝗ nō colligit mecū/ diſpergit. Similit ⁊ ꝗ nō pugnat mecū/ impugnat me. Vñ ⁊ hieu ꝓpha de hoc reprehendit ioſaphat regem iuda. ij. Paral. xix. a. vbi dr: Impio ꝓbes auxilium: et his ꝗ oderūt dñm amicitia ꝯiūgeris: idcirco irā ꝗdem dñi merebarꝭ. De hac pugna orbis trarū ꝯtra inſenſatos in die iudi/ (Al. habena) cij/ dicit Greg' i mo/ (Al. habene) raľ. Quō anguſte vie erūt reprobiſ vndiꝗ: ſuperiꝰ erit iudex ira/ tus: ſubtus horrendū (Al. ſcādeſcet) chaos: a dextris pctā accuſātia: a ſiniſtrꝭ in/ finita demonia ad ſupplicīū trahētia: intus vrens ꝯſcientia: foris mūdꝰ ardēs: miſer pctōr ſic dephenſus quo effugiet? Latere impoſſibile: apparere itolerabile. Si ꝗris: ꝗs te accuſet? Dico ꝙ totꝰ mūdꝰ: qꝛ offenſo creatore/ oīs creatura habet odio ꝑditū. De h dictū eſt plenꝰ Prouerb. iiij. d. ſup illud: Omi cuſtodia cuſtodi cor tuū. Seqt. a ¶ Ibūt directe emiſſiones fulgurū. Iſtud ſiliť exponit Glo. de ꝑſenti et de futuro. De ꝑſenti ſic: a ¶ Ibūt directe/ ꝑ voto ductoris vľ actoris: ad vtilitatē electoꝝ vel ad dānationē reproboꝝ. b ¶ Emiſſiōes fulgurū. i. tonitrua ꝑdicationū vel coruſcatiōes miraculoꝝ ꝑdicātiū: ꝗ nubes dicunt: qꝛ coruſcāt miraculis/ tonāt minis et pluūt doctrinis. Et de his fulguribꝰ directe eūtibꝰ dr Iob. xxxviij. d. Nūꝗd mittes fulgura ⁊ ibūt/ ⁊ reuertētia dicēt tibi/ aſſumꝰ? c ¶ Et tanꝗ a bñ curuato arcu nubiū extmiabūt. Metaphorice h loqt philo: reſpiciēs ad naturā arcus materialis: ꝗ ꝗnto plꝰ curuat: tāto violentiꝰ emittit ſagittā ⁊ efficaciꝰ ꝑcutit: Sic arcus ſpūalis: id eſt ſacra ſcriptura: quāto ampliꝰ curuatur manu poſita ad mediū arcus. i. ad moralia faciēdo: tanto violentiꝰ ⁊ efficaciꝰ ꝑcutit pctōreſ ⁊ vulnerat ad ſalutē. Quidā dicūt/ habene: ⁊ exponūt ꝓ datiuo ſingulari vľ noīatiuo plurali. Alij dicūt ꝙ nō debet eē habene ſꝫ habena/ ablatiui caſus: ſꝫ ꝗſi oēs libri habēt habene numeri pluralis. Et legit ſic: a ¶ Ibūt emiſſiones fulguꝝ directe et tāꝗ habene. i. ac ſi regerent habenis: et ē ibi punctꝰ. Et poſtea ſeqt: d ¶ Curuato arcu nubiū. i. ſacra ſcptura/ ad iaculandū fulgura ꝑdicatiōis: e ¶ Extminabūt/ aduerſarij. f ¶ Et ad certū locū inſiliēt/ aduerſarij. i. ad infernū. Vel ad certum locum inſilient emiſſiōes fulguꝝ: qꝛ certū eſt ꝙ ꝑdicāt ſancti: ⁊ ita eueniet vt dicūt: Non enī pōt eſſe ꝯfuſum qđ diuina ſapia eſt ordinatū. g ¶ Et a petroſa ira plene mittent grādines: id eſt plene increpatiōes mittent ꝯ malos: hoc ē ab ira ſctōꝝ ꝗ ē per celū non ꝑ vitiū: ꝗ petroſa dicit. Quia ſicut petre ſūt diuerſarū qualitatū ⁊ quātitatū: ita ſancti pro ꝗlitate ⁊ quātitate meritoꝝ dū malis ꝑdicant. i ¶ Et cādeſcet in illos aq̄ maris. i. doctrina vel ꝑdicatio ſūpta de amaritudie ſuppliciōꝝ inferni/ ꝗ cōminat/ vel pctōꝝ ꝗ rephēdit k ¶ Et flumina/ ſcpturaꝝ: k ¶ Cōcurrēt. i. ſimul veniēt i cōminatiōe maloꝝ: qꝛ de nouo ⁊ veteri teſtamēto adducūt predicatores cōminatiōes. l ¶ Cōtra illos ſtabit ſpūs v̄tutis. i. fortis vindicta vltimi iudicij: ꝗ ſtare dicitur: qꝛ nunꝗ deficiet. m ¶ Et tanꝗ turbo vēti diuidet eos/ a iuſtis: ſicͭ palee ſepant a granis turbine venti. De hac turbine dr Nañ. j. a. Dñs i tempeſtate/ ⁊ turbine vie eiꝰ. Et Eſa. vlt. c. Ecce dñs in tēpeſtate ⁊ turbine veniet: ⁊ ꝗſi turbo ꝗdriga eius. n ¶ Et ad heremū/ ętne deſolatiōis. i. ad infernū: o ¶ Perducet oēm terrā. i. oēs terrenos: ꝗ dicunt terra ꝓpt vnionem affectus ad ipſam. p ¶ Iniꝗtas illoꝝ. i. merito iniꝗtatū ſuarū ꝑducent ad inferos oēs terreni. q ¶ Et malignitas (Aliter) euertet ſedes potētiū. i. erit cā euerſiōis eoꝝ. Itē de futuro exponit ſic: a ¶ Ibūt directe emiſſiōes fulgurū vel/ fulguroꝝ/ dño ad iudicium veniēte. Iuxta illud Ps. (Ps. 96.) Ignis ante ipſum ꝑcedet: et inflāmabit in circūitu inimicos

eius. Bonos autē purgabit ſi ꝗd purgandū eſt in eis. Et hē ꝙ dicit Interl. h. a ¶ Ibūt directe/ ad vtilitatē electoꝝ et dānationē reproboꝝ c ¶ Et tanꝗ habene curuato arcu nubiū extminabūt/ impij. Metaphorice loquit h auctor. Arcū nubiū vocat h iridem: ꝗ fit ex repcuſſiōe radiorū ſolis ⁊ nubiū. Habenas vocat illas lineas diuerſoꝝ colorum que ſunt in iri ſiue iride: que ſole irradiante facile diſſoluunt: ita mali dño apparente in (Al. tin…) iudicio facile extermi/ nabunt. i. extra terminos ſctōꝝ expellent. (A) Et hoc ē ita: directe (Al. fu…) ibūt emiſſiōes fulguꝝ/ vľ fulguroꝝ. Et tūc impij: c ¶ Tāꝗ habene. i. tanꝗ linee iridis: e ¶ Extminabunt/ cū arcus nubiū curuat. i. cum iris depīnit ſole ſupueniēte. f ¶ Et ad certum locū inſilient/ impij. i. i inferno: qui paratꝰ eſt diabolo ⁊ angelis eius: Mat. xxv. d. g ¶ Et a petroſa ira. i. ab ira petre. i. chriſti. i. ab ipſo irato: h ¶ Plene grādines. i. ponderoſe increpatiōes mittentur in malos: Eſuriui ⁊ non dediſtis mihi mādu care ⁊c. Math. xxv. d. i ¶ Et candeſcet in illos aqua maris. i. amara tribulatio inferni. Et loquit ꝑ ſimilitudinē ferri calidi: qđ quādo proijcit in aquam facit ipſaꝫ candeſcere ⁊ ſtridere: ita infernalis aqua ſtridebit ⁊ candeſcet/ quādo impij proijcient in ſtagnū ſulphuris ardentis. Unde Eſa. xiiij. c. Infernꝰ ſubter te cōturbatꝰ eſt i occurſū aduerſarij ſui. i. regis babylonis et exercitꝰ ſui. k ¶ Et flumia/ anguſtiarū: k ¶ Cōcurrēt duriter/ cōtra malos. Tres afflictiōes cōcurrēt i quelibet: dolor/ pudor/ timor. Dolor de bonis omiſſis: pudor de malis cōmiſſis: timor de ſupplicio iminenti. l ¶ Contra illos ſtabit ſpiritꝰ virtutis. i. ſententia iudicis. De quo ſpiritu dicit Eſa. xj. a. Spiritu oris eius interficiet impiū. m ¶ Et tanꝗ turbo venti diuidet eos. i. impios a bonis. De qua diuiſione magis dolebūt impij/ ꝗ de ipſa ſuſtinētia ſupplicij gehennalis: vt dicit Augꝰ. De hac diuiſione horrenda dicitur Oſee. xiij. d. Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis: quia ipſe inter fratres diuidet. Et Math. xxv. c. Separabit eos ab inuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis: ⁊ ſtatuet oues quidem a dextris: hedos autē a ſiniſtris. n ¶ Ad heremū perducet omnem terram: id eſt omnes terrenos: p ¶ Iniquitas illorum/ non aliena. Unde Eſa. l. d. Ambulate in lumine ignis veſtri: ⁊ in flāmis quas ſuccēdiſtis: de manu mea factū eſt h vobis: id eſt ipſa pena: in doloribus dormietis. q ¶ Et malignitas euertet ſedes potentium: id eſt potentes de ſedibus dignitatum quibus abuſi ſunt: vt ſunt doctores in docendo: iudices i iudicando: reges in regendo. Et de omibus iſtis dicit Ecclj. x. b. Sedes ſuperborum ducum deſtruxit dominꝰ ⁊ ſedere fecit mites pro eis. ¶ Expoſitio Ca. VI.

r Melior eſt ⁊c. Sic dicit Rabanꝰ: i hoc capitulo monet philo rectores eccleſie: vt iuſticiā ⁊ veritatem ſeruēt: ⁊ diſcrete intelligere feſtinēt: quia accepta poteſtate a deo/ iudices ⁊ magiſtri facti ſūt fratrū ſuorū: vt iudicēt eos ſm ęꝗtatē ⁊ doceāt regulā vere fidei cū opibꝰ bonis: Iuxta illđ. j. Pet. iij. c. Parati ſimilit ad ſatiſfactionē oi poſcēti vos rationem de ea ꝗ in vobis eſt ſpe: et ipſi quoꝗ iudiciū dei expectāt: qui nec fallit nec fallitur: qꝛ non ſolū opera/ ſed etiā cogitationes et voluntates iudicabit. Et quia ſapiētia informat iudiciū rectoꝝ ſiue prelatoꝝ eccleſiarū: ideo in principio laudat ſapientiam dicens: r ¶ Melior eſt ſapientia/ que ſic regit animam: ⁊ qua ſapiūt res prout ſunt: s ¶ Qz vires/ corporis: ꝗ ſepe ꝑcipitāt in peccatū. t ¶ Et vir prudens/ animo: ē melior/ ꝗ fortis/ corpore. q. d. melior eſt ſapientia et prudentia mentis/ ꝗ fortitudo corporis. Eccs. ix. d. Melior eſt ſapiētia ꝗ arma bellica. Et cū ita ſit:

Audite ergo reges

a Audite ꝗ reges.i.rectores eccleſiarū. b Et intel/ligite/audita:qꝛ audiēs ſapiens ſapiētioꝛ erit:et intelligens gubnacula poſſidebit: Prouerb.j.a. c Diſcite iudices finiū terrę.i.maloꝝ:q̄ ſunt fines terrę ſanctę.i.eccleſię/non
Pſ.18. intra ſū pti ſed extra. Vñ Pſ. In oēʒ terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ.i. in bonos q̄ ſunt intra eccleſiaʒ/quę eſt terra ſancta:et in fines oꝛ/bis terrę verba eoꝝ.i. in malos q̄ ſunt extra. Similiť accipiť Pro/uerb.xvij.d. Oculi ſtultoꝝ in finibꝰ terrę.
Ro.13.a. d Prębete aures: cordis ⁊ corpiſ. Aureſ corpis ad audiendū: aures cordis/vnaʒ ad ītelligēdū/⁊ alterā ad

a b Auditē ꝗ regeſ et itēlligite:
c diſcitē iudices finium terrę.
d e Prębēte aures vōs q̄ ꝯtine
f tis multitudines/et placētis
g vobis in tūrbiſ nationū:qm̄
h i dāta ē a dño ptās vobis: et
k l virtūs ab āltiſſimo: q̄ intēr/
m n rogabit ōpera veſtra/et cō/

obediēdū. Apoc.ij.b. Qui hʒ aures audiēdi audiat q̄d ſpi/ritus dicat eccleſijs. Et nota ꝙ dicit:pbete aures/nō aurem. Item pbete non vendite:in quo notať pfecta attētio cū pfe/cta obediētia. e Vos q̄ cōtinetis multitudines/ ſub ditoꝝ/accepta ptāte a deo. Nec dicit:q̄ regitl vel cuſtoditis vel docetis multitudines:ſed q̄ cōtinetl:ptāte dñantes/nō charitate ſeruiētes. Vñ ſequiť: f Et placetis vob/non deo:qꝛ q̄ ſibi placet/deo diſplicet: vt dicit Augꝰ. g In turbis nationū.i.in multitudine ſubditoꝝ vel diſcipuloꝝ: non in bonitate vel ſctītate eoꝝ. Eccī.xvj.a. Non iocūderis in filijs impijs ſi multiplicenť: nec oblecteris ſup ipſos ſi nō eſt timoꝛ dei in illis. De his dicit dñs Matth. xxiij.a. Oīa opa ſua faciūt vt videanť ab hoībꝰ: dilatant enim philateria ſua ⁊ magnificāt fimbꝛias:amant aūt pmos recubitꝰ in cęniſ et pmas cathedras in ſynagog̃ ⁊ ſalutationes in foꝛo ⁊ voca ri ab hoībꝰ rabbi. Audite inquā/ h Qm̄ data ē a dño ptās vob/iudicādi i terra. i Et xtus/puniēdi malicio/ſos reos/vel coercēdi: k Ab altiſſimo.i.a deo:a q̄ ē oīs ptās:ſicut dꝛ Ro.xiij.a. Nō eſt ptās niſi a deo. Sʒ cōtra.ij. Corl.x.c. Nā etſi amplꝰ gloꝛiatꝰ fuero de ptāte nr̄a quā de/dit nobis dñs in ędificationem nō in deſtructionē vr̄am/nō erubeſcā. Ibi dicit Glo. Qui aliť agūt non habent ptātem a dño. Sol.i.vſum ptātis:q̄ malus eſt/nec eſt a deo:ſed boni ⁊ ptātem et vſum ptātis habēt a deo dante. Sed mali habent poteſtatē a deo dante:ſic dixit dñs pilato/Ioh.xix.b. Nō haberes ptātem aduerſū me vllā/niſi tibi datum eſſet deſup. Vſum vero a deo habēt pmittente. Vñ Iob.j.b.ait ſathan ad deū:Extēde manū tuam paululū.i.relaxa me ⁊ permitte vſum ptātis. l Qui īterrogabit/in iudicio vero vbi ni/hil negari vel abſcondi poterit. m Opa vr̄a/quę ferent teſtimonia contra vos. Opa eni illoꝝ ſequunť illos: Apocl. xiiij.c. n Et cogitatiōes ſcrutabiť:qd̄ terribilius eſt. Soph.j.c. Scrutaboꝛ hieruſalem in lucernis: ⁊ viſitabo ſup viros defixos in fęcibꝰ ſuis. o Qm̄ cū eſſetl miſtri re/gni illꝰ.i.ecclię:nō dñi/vt dꝛ.j. Pet.v.a. Non vt dñantes in clerl. Filꝰ eni hoīs nō venit miſtrari/ſed miſtrare: Mat. xx.d. p Nō recte iudicaſtl.i.nō recto oꝛdie:qꝛ primo
Pſ.57. debuiſtis voſipſos iudicare ꝗ̄ alios hoīes. Vñ Pſ. Si ve/re vtiqȝ iuſticiā loq̄mini:recte iudicate filij hoīm.i.hoīeſ voſ eſſe attēdite/nō deos vel dños. Vñ Augꝰ ait. Apl's loquēs carnalibꝰ:nōne hoīes eſtis/deos facere volebat:qbꝰ ꝙ erant hoīes exprobꝛabat? Prouerb.xviij.c. Iuſtꝰ pꝛoꝛ accuſatoꝛ ē ſui. Et Origeñ. Opoꝛtet vnūquēqȝ d̄ ſua ꝯſcia iudicare pꝰſ:
Al.ſgeſta diſcernere et poſteaqȝ iudicauerit ſ gr̄a cōdeſcēdere. Si ita facerēt plati/boni eēnt ſubditi:ſicut dꝛ Eſa.xxvj.b. Cū feceris iudicia tua in terra:iuſticiā diſcēt oēs habitatoꝛes oꝛbis. Itē/ Nō rec/te iudicaſtl.i.nō recta intētiōe:ſed curua.i. ex auaricia. A minoꝛi q̄ppe vſqȝ maximū/⁊ a pꝓheta vſqȝ ad ſacerdotē oēs auaricię ſtudēt:cuncti faciūt dolū: Hiere.vj.c. Et ꝙ h̄ ſit ve rum/patet:qꝛ paupes ⁊ viduas nolūt iudicare:qꝛ pauper eſt cauſa eoꝝ. Vñ Hiere.v.g. Cauſā vidue nō iudicauerť:cauſā

pupilli non direxerūt:⁊ iudiciū pauperum non iudicauerūt. q Neqȝ cuſtodiſtl legē iuſticię: q̄ in duobꝰ ꝯſiſtit: in nō faciēdo alijs qd̄ ſibi nō vult fieri:et in faciēdo alijs qd̄ ſibi ab alijs vellet fieri. De pmo dꝛ Tob.iiij.c. Qd̄ ab alio ode/ris tibi fieri/vide ne tu aliquādo alteri facias. De ſcd̄o diciť

o gitatiōes ſcrutabiť:qm̄ cūm
p cētl miſtri regni illꝰ:nō rēcte
q iudicaſtl:neqȝ cūſtodiſtl le/
r gē iuſticię:nēqȝ ſm volūtatē
s dei ambulaſtl. Hōꝛrēde et
t cito apparebit vob:qm̄ iūdi
v cium duriſſimum in his qui
x y pręſunt/ fiēt: Exigūo ēnim

Matth.vij.b. Omia quęcūqȝ vultis vt vo bis faciāt hoīes/ea dem ⁊ vos facite illis. Et quia pręlati non cuſtodiunt legem iu/ſticię:ideo nec ſubdi/ti:ideo perit iuſticia. Vnde conqueriť dñs Eſa.lix.c. Conuerſū eſt retroꝛſū iudiciū/et iuſticia lōge ſtetit:qꝛ coꝛruit in platea veri/tas:⁊ ęq̄taſ nō potuit īgredi. Oſee.iiij.a. Nō eſt veritas:nō eſt miſericoꝛdia:non ē ſcia dei in ťra. r Neqȝ ſm volū/tatē dei āmbulaſtis: de ꝟtute i ꝟtutē:vel de dignitate i di/gnitatem:ſed ſm ꝓpꝛiam cupiditatem. Oſee.viij.a. Ipſi re/gnauerunt ⁊ non ex me:pncipes extiterūt ⁊ nō cognoui. Iō dicit Eccꝰ.v.a. Non ſeq̄ris in foꝛtitudine tua cōcupiſcentiā coꝛdis tui. Et ideo/ s Hoꝛrēde ⁊ cito apparebit vo bis/dñs. Vñ Apocl.ij.c. Age pęnitentiā:ſi quo minꝰ veniā tibi cito. Et Iaco.v.b. Ecce iudex aū ianuā aſſiſtit. Soph. .j.c. Iuxta ē dies dñi magnꝰ:iuxta ⁊ velox nimis. Verū eſt malis. Sed bonis q̄ habēt moꝛtē in deſiderio ⁊ vitā in patiē tia/ tardat nimis. Hoꝛrende/dicit:qꝛ terribilis eſt malis ⁊ apparebit dñs intātū vt ſolo viſu eiꝰ ťreanť incōpabiliť: Sic legitur Apocl.vj.d. Dicēt montibꝰ ⁊ petris:cadite ſup noſ: et abſcōdite nos a facie ſedentis ſup thꝛonū. Malach.iij.a. Ecce venit deus dñs exercituū:⁊ quis poterit cogitare dieʒ aduentus eius:aut quis ſtabit ad videndū eum? Ideo dicit apl's Heb.x.c. Terribilis quidē eſt expectatio iudicij ⁊ igniſ ęmulatio quę ꝯſumptura eſt aduerſarios. Et poſtea ſubdit: Hoꝛrendū eſt incidere i manꝰ dei viuētl. Et q̄re? t Qm̄ iudicium duriſſimū in his quę pręſunt/⁊ non ꝓſūt: v Fiet a dño. Potētes eni magis ⁊ grauiꝰ punienť ſi malit fuerint:quia cui plus cōmittiť:plus ab eo exigiť. Lucl.vij. f. Itē in eodem.xij.f. Seruꝰ qui cognouit volūtatē dñi ſui ⁊ non fecerit voluntatē eiꝰ/vapulabit mľtis. Ideo valde timē/dū eſt ⁊ hoꝛrēdū plationē accipe:ſʒ deteſtabiliſſimū eſt am/bire. Vñ cū ait Iacobꝰ.iij.a. Nolite pluref magiſtri fieri fra tres mei:ſcientes ꝙ maius iudiciū ſumitis:ſubdit: In mul/tis eni offendimus omnes. Eccī.vij.a. Noli quęrere fieri iu dex: Quia pro oībꝰ pctis ſubditoꝝ reſpōdebit pręlatꝰ. Vn/de Nume.xxv.a.legitur: Initiatus eſt iſrael beelphegoꝛ: et iratus eſt dñs ad moyſen/dixit: Tolle cūctos pncipes popu li:⁊ ſuſpende illos contra ſolem i patibulis. Vbi dič Gregꝰ. Hęc ſi homines attenderēt/pręlationes nō ambirent. Sup/latiuo vtitur philo dicens: Duriſſimū iudicium fiet in his qui pręſunt:quia malis pręlatis fiet iudiciū durum/durius/duriſſimū:quia male rexerunt. Vnde de illis fiet q̄/ſtio i die iudicij:quō intraſti? quō rexiſti? quō vixiſti? De p/ma diciť Matth.xxij.b. Quomodo huc intraſti/non habēs veſtem nuptialem? De ſecūda dicitur Eſa.xxij.c. Quid tu h:facis/dicit Glo.aut quaſi quis hic:quia excidiſti tibi h̄ ſe/pulchꝛum. De tertia dicitur Hiere.xiij.d. Vbi eſt grex qui datus eſt tibi:pecus inclytum tuū? Et ne crederet aliquis ꝙ dominꝰ quęreret de grege ouium/ vel capꝛarū /vel huiuſmo di: dicit Ezech.xxxiiij.g. Vos autem greges mei / greges paſcuę meę homines eſtis:et ego dominꝰ veſter. Has quę/ſtiones ſimul habemus Iudicl.xviij.a. vbi dixerūt filij dan ſacerdoti michę: Quis te huc adduxit? quid hic facis? ꝗ̄ ob cauſam huc venire voluiſti? x Exiguo enim ⁊c. q.d.ita fiet iudiciū duriſſimū i his qui pręſunt. y Enim pro ſed: x Exiguo:id eſt humili. Vel/ Exiguo: id eſt

 ei qui per ignoꝛantiā

ei qui per ignorantiam aut fragilitatem aut neceſſitatem pec cauit/ et humili penitētia poſtea deleuit: a Conceditur miſericordia: id eſt remiſſio peccatoꝝ: que dicitur miſcdia ſpecioſa. Scda miſericordia eſt collatio donorum ſpūaliū: q̄ dr miſcdia ſpacioſa: tertia ē collatio celeſtiū bonoꝝ: q̄ dicit miſcdia p̄cioſa. b Potētes aūt/ i malo: c Potēter tormēta patient. Quāto eni q̄s potētior fuit i iniqtate: tāto fortiora tormēta patiet gehēne. Vn̄ Apoc. xviij. b. Quātū glorificauit ſe et i delitijs fuit: tantū date ei tormentū et luctū. Jō dic Eſa. v. c. Ve q̄ potētes eſtis ad bibendū vinū: et viri fortes ad miſcendā ebrietatē. Et vere/ potent. i. grauit punientur. d Nō enim ſubtrahet/ a tormē to q̄tūcūq; fuerit magnus: vel a miſcdia/ q̄tumcūq; deſpectus fuerit. e Perſonā cuiuſq; dn̄s q̄ ē oim dn̄ator. Nō eni eſt acceptor pſonarū de᷒: Act. x. c. ſed eq̄lit iudicat oēs: vnū quēq; ſm opera ſua.

B

Al. non habet: q̄ ē oim dn̄ator

a b ꝯcēdit miſcdia: potētes aūt
c potent tormēta patiet. Nō
d e eni ſubtrahet pſonā cuiuſq;
f dn̄s/ q̄ eſt oim dn̄ator: nec
verebitur magnitudinē cu-
g iuſq;: qm̄ puſillū et magnum
h ipſe fecit: et eq̄liter cura eſt
i illi de oīb᷒. Fortiorib᷒ au-
tem fortior inſtat cruciatio.
k l Ad vos ergo reges ſunt hi
m ſermones mei: vt diſcatis ſa
n o pientiā et nō excidatis. Qui
p eni cuſtodierit iuſticiā/ iuſte
q iudicabunt: et q̄ didicerint
r iuſta: inuenient quid reſpō-
s deant. Cōcupiſcite ergo ſer-
t mones meos: et diligite illos
v x et habebitis diſciplinā. Cla-
ra eſt et que nunq̄ marceſcet
y ſapientia: et facile videtur
ab his qui diligunt eam: et
z inuenitur ab his qui querūt
a illā. Preoccupat qui ſe cō-
cupiſcunt: vt illis ſe prior
b oſtendat. Qui de luce vigi-
c lauerit ad illā/ nō laborabit.

f Nec verebitur magnitudinē cuiuſq;: ſiue ſit magnitudo potentie/ ſiue ſcie/ ſiue ſapie nobilitatis/ ſiue diuitiaꝝ. g Qm̄ puſillū et magnū ipſe fecit/ cū nō eēnt. h Et eq̄lit cura ē illi de oib᷒/ vt eq̄lit reddat cuilibet ſm opa ſua: ſiue magnus/ ſiue paruus fuerit. Vn̄ Eſa. xxiiij. a. Et erit ſic pp̄ls/ ſic ſacerdos: et ſicut ſeru᷒/ ſic dn̄s ei᷒: et ſicut ācilla/ ſic dn̄a ei᷒: ſicut emēs/ ſic ille q̄ vēdit: ſic fenerator/ ſic ille q̄ mutuū accipit: ſic q̄ repetit/ ſic ille q̄ debet. Vbi dic Glo. Nulla diuerſitas maloꝝ int nobilē et ignobilē/ ſacerdotē et laicū/ ſeruū et dn̄m: Omēs eni ex eq̄ ſtabunt ante tribunal chriſti. ij. Cor. v. b. Nec erit acceptio pſonaꝝ apud deū: Act. x. c. Vn̄ Job. x. d. Paru᷒ et magn᷒ ibi ſunt: et ſeru᷒ liber a dn̄o ſuo. i Fortioribus aūt fortior inſtat cruciatio. i. q̄ forti᷒ peccauerūt/ forti᷒ punient. Et bn̄ dicit/ inſtat: q2 infern᷒ ſequit pctōres. Vnde Apoc. vj. b. Ecce equus pallidus: et q̄ ſedebat ſup eū nomē illi mors: et infern᷒ ſeq̄bat eū. k Ad vos ḡ reges etc. Increpata duricia potētū/ et oſtēſo quātū periculū illis imineat: couertit exhortationē ſuā auctor ad p̄latos eccleſie: ſapientiā nimis extollēs p̄conijs: vt ſic ad ei᷒ ſtudiū eos valeat ꝓuocare. Et vocat eos reges: vel q2 ſe et alios regere deberet ex officio: vel ſubſannatiōe: q2 ſic ſe i regimie tenuerūt: nō tanq̄ eis ſit creditū miſteriū/ ſed traditū regnū vl' imperium. Dicit ḡ: k Ad vos ḡ reges. i. o rectores eccl'iarū/ vel q̄cūq;/ q̄b᷒ aiaꝝ cōmiſſū ē regimē: l Sūt hi ſmones mei/ q̄ dicti ſūt et q̄ ſequūt. Et q2: m Vt diſcatis ſapiaꝫ: nō mūdanā q̄ inflat: ſꝫ diuinā que edificat/ q̄ ſapiūt res ꝓut ſūt. n Et/ ſic habita ſapia/ non excidatis/ a gr̄a in pctm̄: de peccato in infernū. Dico vt diſcatis ſapiam. o Qui eni cuſtodierint iuſticiā: que locū facit ſapiētie: ſicut dictum ē in p̄ncipio: p Juſte iudicabunt. i. p̄miū ſue iuſticie accipiēt. In quo eni iudicio iudicaueritis/ iudicabimini: in qua menſura mēſi fueritis/ remetiet vobis: Matth. vij. a. q Et q̄ didicerint iuſta/ non ſolum per auditū: ſed etiaꝫ per expimentū. i. rectam fidem et opa: que addiſcunt non ſolū audiēdo ſed etiam faciēdo: r Inuenient quid reſpondeant/ in iudicio: quia fides et opera ferēt eis teſtimoniū veritatis. Vnde Job. xxxj. d. Quis mihi tribuat auditoreꝫ vt deſideriū meum audiat ops deus: et librum ſcribat ipſe q̄ iudicat/ vt in humero meo portē illū et circundem illū quaſi coronam: per ſingulos gradus meos ꝓnūciabo eū: et quaſi p̄ncipi offeram illum: vt ꝓ me ferat teſtimoniū. Et Abacuk. ij.

a. Contēplabor vt videam quid dicatur mihi: et quid reſpondeam ad arguentē me. Et h̄ monet Ecc᷒. xviij. c. Ante languorem adhibe medicinam: et ante iudiciū interroga teipſū. Et cū ita ſit: s Cōcupiſcite ergo ſermones meos: id eſt cum omni ꝯcupiſcētia audite et inueſtigate. t Et diligite illos. i. exhibitione operū diligere vos oſtēdite. Exhibitio enim operis/ ꝓbatio eſt dilectionis: vt dicit Greg᷒. Sic dilexit ſermones dn̄i dauid/ qui dicebat: Dilexi mandata tua ſup aurum et topazion. Et ſimiliter Hieremias. xv. d. Inuēti ſūt ſermones tui et comedi eos: et factū eſt verbum tuū in gaudium mihi et in leticiā cordis mei. Gaudium et leticiam dicit: ꝓpter duo que ꝓmittit ſacra ſcriptura facientibus illā: Liberatio pene: collatio venie. Pſ. Pax multa diligentib᷒ legem tuā dn̄e: et nō eſt illis ſcādalū. v Et habebitis diſciplinaꝫ: id eſt ordinatam morum correctionē. q. d. ſi diligitis ſapientiaꝫ: ſeruabitis in moribus diſciplinā. Nō eni amat ſapientiā: q̄ nō ſeruat diſciplinā/ dic Rabanus. Unde Joh. xiiij. c. Si quis diligit me/ ſermoneꝫ meum ſeruabit. Sed poſſet aliquis querere: que eſt ſapiētia quā mones diſcere et amare: nūq̄d terrena vel animalis ſiue diabolica: Jaco. iij. d. Non dicit philo: ſed/ x Clara eſt et que nunq̄ marceſcet ſapiētia: Ab effectu: id ē claros facit et nō marceſcibiles/ participes ſui. Et hoc verū eſt: ſiue de ſapiētia creata ſiue increata intelligat. De vtraq; eni dicitur Prouerb. iij. c. Lignū vite eſt his qui apprehēderint eam. Hoc eſt lignū d̄ quo Ezech. xlvij. c. Non deflvet ex eo folium et non deficiet fructus eius: per ſingulos menſes afferet p̄mitiua: quia aque ei᷒ de ſanctuario egredient: et erūt fructus eius i cibum et folia ad medicinā. y Et facile videtur ab his qui diligunt eam. Oia eni facilia ſūt amāti. Et quanto quis amplius diligit ſapiētiā: tanto citius et facilius videt eam. Sicut eni verum eſt/ q᷒ in maliuolā animaꝫ non intrat ſapientia: ita verū eſt q᷒ beniuole ſe infundit. Unde Prouer. viij. b. Ego diligentes me diligo: et qui mane vigilauerint ad me/ inuenient me. Nec ſolum videtur ſapiētia: imo/ z Et inuenit ab his qui querunt illā: vbi debent/ quō debent/ quādo debēt. Vbi debēt querere: In penitentia: quia non inuenit in terra ſuauiter viuētiū: dic Job. xxviij. b. Reſtat ergo q᷒ inuenitur in terra aſpere viuentiū. i. in penitētia. Sic inuenit eam daniel per tres pueros: qui tm̄ panem et legumina comedebant contempto cibo regio: De quibus dicitur Daniel. j. c. Porro malaſar tollebat cibaria et vinū potus eorum dabatq; eis legumina: pueris autē dedit deus ſcientiam et diſciplinam in omni libro et ſapientiam: danieli autem intelligentiā omniū viſionū et ſomnioꝝ. Quomodo debet queri: Humiliter: quia ſupbis deus reſiſtit: humilibus autem dat gratiam: Jaco. iiij. b. Quando debet q̄ri: Cito: quia q̄ mane vigilauerint ad me: iuenient me: Prouerb. viij. b. Et Eccl. vj. b. Fili a iuuentute tua excipe doctrinam: et vſq; ad canos inuenies ſapiētiaꝫ. a Preoccupat q̄ ſe cōcupiſcūt: vt illis ſe prior oſtendat: q̄ inueniat ꝓprio ſtudio. Vn̄ dicit Bern̄. Queri pōt chriſt᷒ et inueniri: nō tn̄ p̄ueniri. b Qui de luce vigilauerit/ venit/ ad illā: id eſt ꝓpt illā habendā. c Non laborabit/ inuacuū: quia cito iueniet eā. Eccl. vj. c. In ope illi᷒ exiguū laborabis: et cito edes de generatiōib᷒ illi᷒. Duob᷒ aūt modis dr q̄s de luce vigilare. Primo i ortu lucētis fidei: ſm q̄d dicit Glo. De hoc

Pſ. iij.

†Pſ. iij.

C

Pſ.61. dicit Glo. De h̄ dicit Pſ. De⁹ de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo. Secũdo modo de luce vigilare/eſt in puericia ſapiẽ ſtudere. Illa eñi ętas capax eſt ſapiẽ dei. Cũ eñi aīa imbuta eſt fęcibus ſeculi/ multum eſt ei laborãdũ anteq̃ʒ ſapientiã percipere valeat. Unde Aug⁹ repꝛehendit ſe in libro confeſſionũ dicens: ꝙ nimis intentus alijs negocijs/tarde veniat ad ſapiaʒ dei/ dicẽs: Non erant alia in quib⁹ exercerẽt ingeniũ meum niſi laudes tuę deus meus: laudes tuę ſuſpenderũt palmites cordis mei. Imbuti eñi diu alijs factꝭ/aut faſtiditi reſipiũt/ vel conſumpti cito deficiunt. Utroq̃ʒ modo: qui de luce vigilauerit ad illam/ non laborabit/diu vł in vacuũ.

a Aſſidentem/ vł aſſiſtẽtem enim illam foribus ſuis inueniet/⁊ ſemꝑ paratam auxiliari/⁊ pulſantem vt intret. Unde Apoc. iij. d. Ego ſto ad oſtiũ/ liberi arbitrij/⁊ pulſo: ſi quis aperuerit mihi intrabo ad eũ ⁊ cęnabo cũ illo ⁊ ipſe mecum. Fores animę ꝑ quas intrat ⁊ quibus aſſidet/ ſũt amor ⁊ timor. De qb⁹ dic̄ Aug⁹. Quicũq̃ʒ tempale timet vł

a aſſidentem enim illam fori/
b bus ſuis inueniet. Cogitare
c ergo de illa/ſenſus eſt con/
d ſummatus: et qui vigilaue/
e f rit propter illam/cito erit ſe/
g curus. Quoniam dignos
h ſe ipſa circuit querens: et in
i k vijs ſuis oſtendet ſe illis hi/
l m lariter: et in omni†prudentia
n occurret illis. Initium eni
o illius veriſſima ē diſciplinę
p cõcupiſcentia. Cura ꝗ̄ diſci/
q r plinę/dilectio eſt: et dilectio
s cuſtodia legũ illi⁹ eſt: Cuſto/
ditio aũt legũ/cõſũmatio in/
t corruptiõis eſt: incorruptio
v autẽ facit eſſe proximũ deo.
x Concupiſcentia itaq̃ʒ ſapiẽ
deducet ad regnũ ꝑpetuũ.
y z Si ergo delectamini†ſedib⁹
a b et ſceptris o reges populi:
c d diligite ſapientiaʒ/vt in per/
e petuum regnetis. Diligite
f lumen ſapientię: omnes qui

Et prudentia

Al. †ſenſib⁹ et ſtematibus

cupit/portas cordis diabolo apit ⁊ deo claudit: q̃ ſꝑo ſola ętna cupit ⁊ timet/portas cordis deo aperit ⁊ diabolo claudit. Aperite ergo portas ꝑncipes veſtras: ⁊ introibit rex glorię. Quõ aperies vt nihil timeas vel cupias tempale: Prouerb. viij. d. dicit ſapiẽtia: Qui vigilat ad fores meas quotidie inueniet me: et qui inuenerit me/inueniet vitam. Ibi innuit̄ ꝙ vigilare debem⁹ ad fores ſapiẽtię: hic dicit̄ ꝙ ſapiẽtia aſſidet forib⁹ noſtris. Utrũq̃ʒ verũ eſt. Ad fores ſapiẽtię vigilare debem⁹: id eſt ad doctores quos vigilant̄ debem⁹ imitari: qui dicunt̄ fores ſapiẽtię: quia per eos intratur ad ſapientiã. Sapiẽtia autem aſſidet foribus noſtris vt radius ſolis ad feneſtram clauſaʒ: quę ſi aperiat̄/ ſtatim radius intrat. Aſſidet eñi quaſi cuſtos: ne diabolus intret ꝑ portas noſtras. Unde Pſ. Niſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ: fruſtra vigilat qui cuſtodit eã. Ecce tres cauſas poſuit philo: quare ſapientia diligenda eſt: quia clara eſt: quia facile inuenit̄: qꝛ ꝑoccupat ſe quęrentes. Et cum ita ſit: b Cogitare ergo de illa/habẽda: c Senſus eſt conſũmatus: id eſt perfectus. i. qui ſtudet ſapiẽtię vt ſꝫm normam diſciplinę eius viuat/iam ſapiens eſt. d Et qui vigilauerit/ intentione mentis: e Propter illam/habendã vel habitam cuſtodiendam: f Cito erit ſecurus: quia eius adeptio vera ſecuritas eſt: qꝛ ſapia facit eẽ ſine cura ⁊ ſollicitudine. Quare: g Quoniam dignos ſe: id eſt mũdos corde: h Ipſa circuit: id eſt vndiq̃ʒ munit: ne in aliq̃ pte pateat ingreſſus hoſti i Quęrens illos. k Et in vijs ſuis: id eſt ꝑceptis ſapientię: l Oſtendet ſe illis hilariter: id eſt qui hilariter implet pręcepta ſapiẽtię videat eam. Unde Pſ. Intellect⁹ bonus oibus faciẽtib⁹ eũ. Ecce pręcepta ſunt vię/per quas venitur ad ſapientiã: Sed conſilia ſunt ſemitę ꝑ quas venitur ad illã compendioſi⁹. Et de his dicit̄ Prouerb. iij. c. Vię eius vię pulchꝛę: ⁊ ſemitę eius pacificę. Eodem. iiij. b. Uiam ſapientię monſtrabo tibi: ⁊ ducam te per ſemitas ęquitatꝭ: quas cũ ingreſſus fueris/non artabunt̄ greſſus tui: ⁊ currẽs non habebis offẽdiculũ. m Et in omni prouidẽtia/ſiue/prudẽtia occurret illis/quaſi adiutrix. Hoc eſt: ſapiẽtia ĩ occurſu ſuo dabit ꝓuidẽtiã de futuris: quę multũ ad cuſtodiendam ſapientiam valet. n Initium enim illius. q. d. vere ſapientia pręoccupat eos qui ſe concupiſcũt: quia/initiũ illius: id eſt ſapientię: o Veriſſima eſt diſciplinę cõ/cupiſcẽtia: id eſt qui veriſſime ꝯcupiſcit habere ſapientiã: iam habet initium. Unde Seneca. Pars ſanitatis/velle ſanari. Siue/ veriſſima cõcupiſcẽtia/ dicit: ꝓpt̄ tres. Pigros: qui tepide ꝯcupiſcũt: qui vellẽt habere ſapiẽtiã ſed nolunt laborare vt habeant. Unde Prouerb. xiij. a. Uult ⁊ nõ vult piger: anima autẽ impinguabit̄ opantiũ. Itẽ ꝓpter curioſos: q̃ multũ laborãt/ſʒ magis ad apparẽtiã q̃ʒ ꝓpt̄ ſapiaʒ. De q̃bus dicit̄. ij. Timoth. iij. b. Semꝑ diſcẽtes ⁊ nunq̃ʒ ad ſcientiã veritatis ꝑuenientes. Item ꝓpter cupidos: qui nõ ſapientiam ſed lucrũ tpale in ſapia ꝯcupiſcũt. Propt̄ quos dicit̄ Prouer. iij. b. Melior eſt acq̃ſitio eius negociatiõe auri ⁊ argenti. Null⁹ ergo iſtoꝝ veriſſime ꝯcupiſcit ſapiaʒ: ſed q̃ feruẽter ⁊ pie ⁊ pure quęrit eam/ille veriſſime cõcupiſcit. p Cura ꝗ̄ diſciplinę. i. ꝯcupiſcẽtia diſciplinę: q Dilectio ē. Bñ ſequit̄: Sed mediã ꝓpoſitionẽ pręmittit philo q̃ſi notã. ſ. ꝙ dilectio ē initiũ ſapię: Iuxta illud Eccĩ. vj. d. Si dilexerꝭ audire ſapiẽs eris. Eſt ergo talis ſyllogiſmus. Initiũ ſapiẽtię eſt dilectio: ſed ꝯcupiſcẽtia ſiue cura diſciplinę ē initium ſapientię: ergo cura diſciplinę eſt dilectio. r Et dilectio cuſtodia legum illius eſt. Unde Roma. xiij. c. Plenitudo legis eſt dilectio. Quõ in apl'o vocat̄ plenitudo: h̄ dicit̄ cuſtodia. s Cuſtoditio autem legũ cõſũmatio incorruptiõis eſt. i. ad incorruptionẽ ĩmortalitatis ꝑducit. Unde Eccſ. viij. a. Qui cuſtodit ꝑceptũ non experietur quicq̃ʒ mali. t Incorruptio autem/ĩmortalitatis: v Facit eſſe proximũ deo. i. ſimilẽ. Unde. j. Ioh. iij. a. Scimus qm̃ cum apparuerit ſimiles ei erimus. x Concupiſcentia itaq̃ʒ ſapientię deducet ad regnũ perpetuũ/ qđ eſt in cognitiõe diuinitatis: vt dicit Glo. Un̄ Ioh. xvij. a. Hęc eſt vita ętna vt cognoſcãt te ſolũ verũ deũ ⁊ quẽ miſiſti ieſum chꝛiſtum. Et nota ꝙ ſꝫm debitã deductionẽ aut ꝯſtructionẽ deberet cõcludere ita. Dilectio ſapiẽtię deducet ad regnũ: ſed idem eſt dilectio ſapientię qđ ꝯcupiſcentia ſapientię: Ecce q̃ʒ vtilis ⁊ q̃ʒ neceſſaria eſt ꝯcupiſcẽtia ſapientię quę ducit ad regnum. Sed quõ haberi poſſit ꝯcupiſcẽtia ſapientię: non docet philo. Sed Eccĩ. vj. d. docet̄ h̄: vbi dicit̄: Cogitatũ tuũ habe in ꝑceptis dei: ⁊ ĩ mãdatis illius maxime aſſiduus eſto: ⁊ ipſe dabit tibi coꝛ/⁊ ꝯcupiſcẽtia ſapiẽtię dabit̄ tibi. y Si ergo. q. d. quia ſapia ꝯfert regnũ perpetuũ. Ergo ſi/ z Delectamini ſedibus. i. cathedris doctoꝝ vel ꝑlatoꝝ vel tribunalib⁹ iudicũ. i. ſi appetitꝭ vel delectat vos eſſe ꝑlatos vł doctores vel iudices. a Et/ſi delectamini/ſceptris/ regalibus: b O reges populi: id ē q̃ regitis vel ꝑeſtis populis: c Diligite ſapiam vt in ꝑpetuũ regnetis. i. ſi appetitꝭ regnare tpalit̄: diligite ſapientiã vt regnetis ęternalit̄. Alia littera habet: y Si ergo delectamini ſenſib⁹ ⁊ ſtematib⁹. i. in ſapia mũdana et nobilitate generꝭ: b O reges populi. i. o rectores ⁊ doctores ⁊ iudices eccleſię: c Diligite ſapiam/ veram: d Ut in ꝑpetuũ regnetis/in cęlo cũ dño. e Diligite lumẽ ſapiẽtię. i. ſapiam illuminãtẽ/ vel elucidationẽ ſapientię: f Oẽs q̃ pręeſtis ꝑplis. i. oẽs ꝑlati eccleſiaꝝ. Utrũq̃ʒ neceſſariũ eſt ꝑlatꝭ: vt diligãt ſapiaʒ ad habẽdum: ⁊ vt diligãt lumẽ ſapię ad ꝑdicãdũ. De his duob⁹ dicit̄ Eccĩ. xxiiij. c. Qui opant̄ in me nõ peccabũt: ⁊ q̃ elucidãt me/vitaʒ ęternã habebũt: dicit ſapia. Et poſſent rectores r̃ndere philoni. Tu mones oẽs diligere ſapiam ⁊ vigilare ad ipſam: ne/



ſcimus quid ipſa

ſcimus quid ipſa/ vel vnde ſit. Et ideo dicit ipſe: a Quid
eſt aũt ſapientia: id ē quę ⁊ q̃lis: b Et quemadmo/
dum facta ſit/ vel generata/ vel creata: referam. Uel ſic:
a Quid eſt ſapientia: id eſt q̃ꝫ vtilis. b Et quem/
admodum facta ſit: id eſt qualiter opera ſapientię fiant:
c Referã et nõ abſcondã a vobis ſacramẽta dei:
id eſt ſacra myſteria
q̃ aliqñ vel aliquibus
ſunt abſcondita: ſicut
dicit Tob. xij. b. Sa/
cramentum regis ab/
ſcõdere bonũ ē: ope/
ra autem dei reuelare
et confiteri aliquibus
et aliquando ſunt re/
uelanda/ ſicut dicitur
hic. Quando vero et
quibus abſcondẽda:
et quando ⁊ quib9 re/
uelanda ſũt/ inuenies
ſuper illud Prouerb.
xxv. a. Gloria dei eſt
celare verbum: ⁊ glo/
ria regum inueſtigare ſermonem.

a preeſtis populis. Q̃uid eſt
b autem ſapientia/ ⁊ q̃uemad/
c modum facta ſit/ referam: et
d nõn abſcondam a vobis ſa/
e cramenta dei: ſed ãb initio
f g natiuitatꝭ inueſtigabo: ẽt po
h nam in lucem ſciẽntiam illi/
i us: ẽt non preteribo verita/
k tem: nẽcꝫ cum inuidia tãbe/
l m n ſcente itẽr habebo: q̃uoniaꝫ
o talis homo nõn erit parti/

d Non abſcondam
inq̃ꝫ/ ſacramenta dei: ſed ab initio natiuitatis/ homi
nis/ non ſapientię: f Inueſtigabo/ ſapientiam/ quid ſit:
et quemadmodum facta ſit. Et ideo philo deſcribit originẽ
hominis: vt vnuſquiſqꝫ ſciat quid ex dei munere ſit: ⁊ quid ex
ſua origine: et ſic optime inueſtigabit ſapientiaꝫ. Homo enĩ
ex ſe nihil eſt. Qr autẽ aliquid eſt / ex dei munere eſt. Unde
Eſa. xl. d. Omnes gentes quaſi non ſint ſic ſunt coram deo:
et quaſi nihilũ ⁊ inane reputatę ſũt ei. Ubi dicit btũs Berñ.
Sic domine ſꝫm iudicium veritatis tuę: ſed non ſic in affectu
pietatis tuę. Uel/ e Ab initio natiuitatis/ illi9 de vir/
gine: f Inueſtigabo: quare nat9 / ⁊ q̃re paſſus. g Et
ponam in lucem: id eſt in euidenti: h Scientiam il/
lius: id eſt ſapientię: id eſt faciam ſapientiam cognoſci: id eſt
chriſtum: vel ſapientiam creatam: quę magis ſenſu experien/
tię q̃ꝫ verborum relatione cognoſcitur. i Et nõ preter/
ibo veritatem: quin aperte ⁊ integre et diſcrete dicam:
k Necꝫ cũ inuidia tabeſcente: id eſt tabeſcere facien/
te: Iuxta illud Prouerb. xiiij. d. Putredo oſſium inuidia.
m Iter habebo: id eſt ſine inuidia cõmunicabo ſcientiã:
nec alijs inuidebo ſapientiam ⁊ doctrinã. Sicut moyſes/ Nu
meri. xj. f. Quid inquit ęmularis pro me: quis tribuet vt oĩs
pp̃ls prophetet: et det eis dominus ſpiritum ſuum. Uel ſic.
k Necꝫ cum inuidia: id eſt non cũ inuido: l Tabe/
ſcente iter habebo: id eſt nõ ero familiaris inuido: nec cõ
municabo ei ſcientiam. Unde Prouerb. iij. d. Ne ęmuleris
hominem iniuſtum/ nec imiteris vias eius. Item Prouerb.
xxiij. a. Non comedas cum homine inuido/ nec deſideres de
cibis eius. n Quoniam talis homo: id eſt inuidus:
o Non erit particeps ſapientię: et ideo non eſt ei cõ
municanda: nec ego etiam particeps eſſem ſapientię ſi alijs
inuiderem. De hoc dicitur Prouerb. xxiij. b. Ne loquaris ĩ
auribus inſipientium: quia deſpiciẽt doctrinam eloquij tui.
Inuidus nõ eſt particeps ſapię — Quare autem inuidus non eſt particeps ſapientię: triplex ē
ratio. Prima: quia in maliuolam animam non intrat ſapi/
entia. ſ. j. b. Unde Eccj. xv. a. Homines ſtulti nõ apprehen/
dent eam: longe enim abeſt a ſuperbia eorum ⁊ dolo. Secũ/
da eſt: quam ponit Rabanus: quia per ĩuidiã intrauit mors
in orbem terrarum. ſ. ij. d. et per ſapientiam liberatur ab ea
genus humanum. Tertia eſt: quia inuidia deſtruit fundamẽ
tum in quo fundata eſt ſapientia: id eſt virtutes animę. Un/
de Prouerb. xiiij. d. Putredo oſſium inuidia. p Multi/
tudo autem ſapientium: Quaſi bonũ eſt participare ſa
pientiam: q Autem: id eſt quia. p Multitudo ſa/
pientium ſanitas eſt orbis terrarum: Ad litterã. Un
de Prouerb. xxiiij. a. Cum diſpoſitione itur ad bellum: ⁊ erit
ſalus vbi multa cõſilia. Myſtice ſꝫm Rabanũ. p Mul — Myſtice
titudo ſapientiũ: id eſt cętus p̃dicator. r Sanitas ē
orbis terrarũ: id eſt cauſa coadiuuãs ſanitatis ſpiritualis:
quia per eorum doctrinam ad fidem conuerſus. Prouer. xj.
b. Ubi nõ eſt gubernator/ populus corruet: ſalus autem vbi
multa conſilia. s Et rex ſapiens: id eſt chriſtus vel q/
libet bonuſ rector: t
Populi ſtabili/
mentum eſt. Eccj.
x. a. Iudex ſapiens iu
dicabit populuꝫ ſuũ:
et principatus ſenſa/
ti ſtabilis erit.

p ceps ſapientię. Mũltitudo
q r aũtem ſapientium/ ſãnitas ẽ
s orbis terrarũ: et rẽx ſapiens
t ppli ſtãbilimẽtũ eſt. Ca. VII
v Ergõ accipite diſci/
plinã per ſermones
x meos: ⁊ p̃dẽrit vob.
y Sũ quidẽ ⁊ ego mortal' hõ/
z a ſilis †õib9 / et ẽx genere†terre/
b ni illi9 q̃ prĩor fact9 ẽ: et ĩ vẽ/
c d trẽ matris figũrat9 ſũ caro:

Expoſitio Ca. VII — A
Ergo acci/
pite. Septi/
mũ ē capitu/
lũ: in q̃ philo originẽ — Al. hominib9
humanę conditionis — Al. terren
deſcribit: vt ſciat ho/ — Al. terre
mo quid ex carnis ori
gine/ ⁊ quid ex dei mu
nere habeat: ponens
ſe in exemplum: vt nemo de adipiſcenda ſapientia deſperet:
cum ipſe qui ſimilis conditionis eſt vt alij homines/ tantam
adeptus fuerit ſapientiam. Similiter facit ſalomon in Pro/
uerb. iiij. a. vbi dicit: Legẽ meã ne derelinquas: nã et ego fui
filius patris mei tenellus ⁊c. Et dicit Rabanus q' in perſona
ſapientię: id eſt chriſti loquiꝫ philo: et qd̃ de ſe dicit/ de chri/
ſto intelligit. Dicit ergo ita: Quid eſt ſapientia: ⁊ quẽ
admodum facta ſit referam: ⁊ non abſcondam ſa/
cramenta dei: ſed ab initio natiuitatis inueſtiga/
bo: ⁊ ponam in lucem ſcientiam illi9 ⁊c. v Ergo
accipite diſciplinam per ſermones meos: id eſt ſu/
ſcipite ⁊ acceptã habete. x Et proderit vobis. Aliter
enim parum p̃deſſet niſi accepta ſit doctrina magiſtri. Do/
ctrina enim nunq̃ꝫ accepta erit niſi vita doctoris prius acce/
pta fuerit. Unde Greg9. ſuper Ezechielẽ. Sermo dulcedinẽ
non habet: quem vita reproba intra conſciẽtiam remordet.
Item qui verbum dei loquiꝫ/ prius ſtudeat qualiter viuat: ⁊
poſtea colligat quę ⁊ qualia doceat. Item ibideꝫ. Ad hoc vt
ſeruetꝫ veritas predicãdi: teneatur/ neceſſe eſt/ altitudo viuẽ/
di. y Sum quidẽ et ego mortalis homo ſimilis
omnib9/ dicit philo: vel ſapientia per philonẽ. Unde dicit
Interl'. Formatũ p̃ ſe inducit loquẽtẽ/ forma ſapientẽ. For/
ma enim antonomaſice dicitur ſapientia: ⁊ ſapiens formatꝰ.
a Et ex genere terrę/ vel terreni illius: alia littera:
b Qui prior factus eſt: vel/ fictus: alia lrã: id eſt adã.
c Et ĩ vẽtre matris figurat9 ſũ caro/ q̃ntũ ad corp9.
Decem menſiũ tempe
Myſtice vel moraliꝫ: in p̃ſona cuiuſlibet ſapiẽt'. y Sũ — Myſtice moraliter
q̃dẽ ego mortalis hõ: id ē potẽs mori in aĩa p̃ peccatũ.
Caro enĩ cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ: vt deijciat in peccatũ:
Gal'. v. c. In h̃ reprimiꝫ ſuperbia ⁊ p̃ſumptio quorũdã: q̃ ni/
mis de ſe preſumunt/ quaſi peccare non poſſint. z Simi
lis omnib9. In hoc reprehenditur ſingularitas hypocri/
tarum: qui dicũt cum phariſeo: Deus/ gratias tibi ago: quia
non ſum ſicut ceteri hominũ: Luc'. xviij. b. In hoc etiam re/
primitur vel reprehẽditur elatio ſuperborũ prelatorũ: quo/
rum quidam non ſe homines putant/ ſed ſupra homines: pa/
rum citra deum. Quibus dicitꝫ Eccj. xxxij. a. Rectorem te
poſuerũt ⁊c. a Ex genere terreni illius/ notabilis: id
eſt chriſti. b Qui prior factus ē/ de terra: id eſt de bea
ta virgine: Nã domin9 dedit benignitatẽ: ⁊ terra noſtra da/ — pſ. 84.
bit fructus ſuos: Et ita verbũ caro factũ eſt ⁊ habitauit ĩ no
bis. Prior dicit/ non tempe/ ſed dignitate. Unde Ioh. j. d.
Hic eſt de quo dixi: qui poſt me venturus eſt: ante me fa/
ctus eſt: quia prior me erat. c Et in ventre matris: id
eſt eccleſię: d Figuratus ſum caro/ per gratiam bap/
tiſmalẽ. Ibi enim

a Decē mēſiū tēpore coagulatus ſū in ſanguine/ matris/ſcilicet. c Ex ſemine hois: id eſt patris. d Et delectamēto ſomni cōueniētis.i.ex cōmunicatiōe viri ⁊ fẹmine/ei⁹ volūtas cito trāſit vt ſomnū: nec ē vera/ſic ſomni. Vñ Rabanus dicit/ꝙ per hoc ꝙ dicit philo: decem menſium tempe ſe eſſe coagulatum in ſanguine ex ſemine homis: demōſtrat vtriuſqꝫ ſex⁹: id eſt maſculini et fẹminini differentiam: Nam vt dicunt phyſici/ſemē mulierꝭ ſanguinolentū/ſemē viri candidum ē: quorū permixtiōe certis ſpacijs formatur corpus/donec aīatum perueniat ad partum: ⁊ alij ſeptimo menſe/alij octauo/alij nono naſcuntur: qui vero ī decimo naſcuntur/ꝑfectiores ſunt ⁊ vitales ⁊ ſanatiui dicūtur

T. ſomnij conueniente

a Decem menſium tempore co
b agulatus ſum in ſanguine:
c ex ſemine hominis et delec
d tamento ſomni conuenien
e tis. Et ego nat⁹ accepi cō
f munē aerem: et ſimiliter de
g cidi in terrā factā: ⁊ primām
h vocem ſimilem omnib⁹ emi
i ſi plorans. In inuolumen
k tis nūtrit⁹ ſū ⁊ curꝭ magnis.
l Nemo enī ex regibus aliud
m habuit natiuitatis initium:
n

e Et ego natus/de muliere: f Accepi cōmunem aerem: id eſt natus veni in aera/cōmunem oīb⁹/etiam animalib⁹. g Et ſimiliter decidi/naſcēdo/ in terrā factam: id eſt in terram de terra compactam/ſicut omnes qui naſcuntur. Vel notat ꝙ homo reſoluitur in terram/vnde factus eſt: ſicut dicitur Geñ.iij.d. Tñ corp⁹ chriſti nunqꝫ

Ps.15. fuit reſolutū ī terrā: ſm ꝙ dicitur in Ps. Nec dabis ſanctū tuum videre corruptionem. Vel ſic vt loquatur ſynecdochice quo ad animam quẹ carni infundit. g Et ſimilit/alijs

R. fabanus ⁊animalib⁹: h Decidi in terrā factā/vt prius. i Et primā ſimilem/alijs naſcentib⁹: k Emiſi plorans: Nā clamant e vel a quotqt naſcunt ab eua. l In inuolumentis/pannorum et cunabulorum: m Nutritus ſum/ ſicut alij infantes: et curis magnis. Ecce quattuor hic poſſunt videri notanda circa natiuitatē hominis. Immundicia in conceptione: onus in matris portatione: dolor ī partus emiſſione: ſollicitudo in educatione. A tribus primis īmunis fuit beata virgo: ſed nō a quarto. Habuit enī curam magnā et ſollicitudinē filiū nutriēdi: licet pauper eſſet ipſa et vir eius ioſeph. Nec mirū ſi ita nat⁹ ſū: n Nemo enī ex regibus aliud habuit natiuitatꝭ initium/ ꝗꝫ vt dixi.

☞ Vnus ergo eſt oibus

ꟓ tiſmalem. Ibi enī figuramur: quia chriſto cōfiguramur. Vnde Phil.iij.c. Configuratus morti eius ſi quo mō occurrā ad reſurrectionē quẹ eſt ex mortuis. Roma. vj.a. Quicūqꝫ baptiçati ſumus in chriſto ieſu: in morte ipſius baptiçati ſumus: Cōſepulti enī ſumus cum illo per baptiſmū in mortē. a Decem menſiū tempore coagulatus ſum ī ſanguine ex ſemine hominis. Decem mēſes ſunt virtutes vel opera virtutuꝫ: quibus decalogus impletur. De quibus dicitur Iob.iij.a. Dies illa nō computet in diebus āni/ nec numeretur in menſib⁹. Sanguis eſt fides paſſionis dñicẹ: ſemen verbum prẹdicatiōis. Ex his duob⁹ concipit homo ſpiritualiter. Vnde ſignāter dicit: b Coagulatus ſum ex ſanguine hominis: id eſt in fide ex verbo prẹdicationis. a Decem menſiū tempore: id eſt decalogi obſeruatione: quẹ neceſſaria eſt ad perfectā conceptionē. Et nota quattuor quẹ dicꝫ philo: quẹ ſpūaliter ītellecta/ neceſſaria ſūt ad ſpiritualē generationē: id eſt ſanguis matris: ſemē hominis: tempus decem menſiū: delectatio ſomni conueniētis. Sanguis matris eſt compaſſio prẹdicantis de peccatis aliorum. Hanc habebat eçechiel: qñ ſeptē diebus ſedit mẹrēs in medio iudeoꝝ: Eçech.iij.d. Hāc habuit apl's q dicebat. Quis infirmat et ego nō infirmor: ⁊c.ij.Corꝭ.xj.g. Semē hois ē inſpiratio verbi: qd neceſſariū ē ꝑdicatori anteqꝫ pariat: Alioquin conqueret dñs p Hiere.xxiij.d. Non mittebā ꝓphetas et ipſi currebant: non loquebar ad eos ⁊ ipſi ꝓphetabāt.q.d. non inſpirabā eis ſemen.i. verbū: ⁊ ipſi volebāt parere vl' generare. Tempus decem menſiū/eſt impletio decalogi: quẹ ſimilit neceſſaria ē ꝑdicatori anteqꝫ pariat: Alioqn faciet abortiuos. De hoc tēpore dicitur Iob. xxxix.a. Nunquid noſti tempus partus ibicū in petris: Et in Ps. dicit prẹdicator Ps.1.
tanqꝫ lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum: qd fructum ſuum dabit ī tempore ſuo. Et beatus Berñ. dicit: Quorum fructus nimis proſpere veniunt/minus proſpere oriuntur. Nec iſta tria ſufficiunt niſi adueniat delectamentum ſomni conueniētis: id eſt contemplatio: Ibi enī prẹdicatores hauriūt qd poſtea in prẹdicatione effundent. De quo ſomni delectamento dicitur Eccs.v.c. Dulcis eſt ſomnus operanti ſiue parum ſiue multum comedat. Et bene dicit: dulcis eſt operāti: quia contemplatio ſequitur actionem. Vnde beatus Berñ. Non expedit alicui vt vſurpet ſibi contemplationem/ niſi prius infuderit actionē. Ideo dicit primo philo/decem menſes: ⁊ poſtea delectamentū ſomni. Sequitur: e Et ego natus accepi communem aerem: id eſt ego natus p pẹnitentiam et confeſſionē in nouitate vitẹ: f Accepi cōmunem aerem: id eſt chriſtū per cōmunem euchariſtiẹ participationem. Et dicitur chriſtus cōmunis aer: quia omnes ſpirat: id eſt viuificat: ⁊ inſpirat quos vult. Vnde Threñ.iiij.d. Spirit⁹ oris noſtri chriſtus dñs captus eſt ī pctis noſtris: cui dixim⁹ in vmbra tua viuem⁹ in gentib⁹. g Et ſimilit decidi ī terrā factā.i. humiliat⁹ ſū cōſideratiōe natiuitatis chriſti: in q verbū caro Ioh.1.b.
